Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum religiosorum - Cod. Aug. perg. 147

[Reichenau ?], [1445 - 1448]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42002

Visual Library

Incipit speculum religiosorum

Deus a quo omne datum optimum et donum perfectum ostende michi peccatori habitudine pingue in meis obumbratis oculis sub effigie observatorum ymagine impressa apparuit inter devotionis observantie regularis fratrum conservatorem. Cuius nomen votipetens quod nomen componitur ex voto et peto quasi petens teneri et observari vota religionis substancialia et regulam conventuum perfecte reformatorum parte ex una, nec non inter latere conspexi votifragium cuius nomen componitur ex voto et frango quasi frangens vota substancialia et regulam promissam observare conservatorem fratrum religiosorum tenencium non perfecte reformatorum parte ex altera. Cuius pingue verbalis incognite dum causam venari cogitabam, occurrit michi verbum principis philosophorum aristotilis illud in libro suo posteriorum scilicet scire est rem per causam cognoscere et quoniam illius est causa et non contingit aliter habere. Rursus memor eram pressius divum dyonisium in sua theologia mistica quod continet vim et originale fundamentum vite contemplative et omnis religionis bene regulate et perfecte reformate habitudinem. Accessit in quantum oculis mei intellectus tercium ad hoc etiam accomodum ut posset exemplar triplicatum unum de testamento, secundum testamenti novi et tercium exemplar repertum in angelis quod erit mensura omnium reformatorum conventuum unde dictum philosophi sumptum ex vi philosophorum sublimibus verbis In omni genere est reperire metron hoc est mensuram omnium in eodem genere existencium quod metros in genere congregationis conventualis claustralis est suprema ierarchia angelorum. Porro presidente huius conflictus constituas eum iudicem qui inter magdalenam et symonem olym teste luca tulit sentenciam. Dividitur autem opusculum + in maiorem tractatus breves. Primus continet duodecim consideraciones status et habitudine religiosorum apparientes. Secundus tractatus magis descendens ad specialia faciet sermonem de religionibus approbatis in certis limitatis et nec communiter nec approbatis debentibus, de quorum numero principales esse videntur fratres minores ordinis sancti francisci. Et de solitariis et ordinibus non approbatis ut begine de tercia regula de ordine domini et canonissis et aliis consimilibus regulas approbatas non habentibus. Tercius tractatus deciat plura dubia de votis substancialibus etiam et de regula religiosorum nec non aliis ob

+ etiam scolari clero acomodum